UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Baldi Pervsini Commentariorvm In Pandectas Tomvs ...

In Digestvm Vetvs

Baldus

Lvgdvni, M.D.LVIII.

De pignoribus [et] hypothecis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95938

Visual Library

¶Additio. ¶Solent. Ibi, de dolo, q: induxit dñm dolo ad promittẽdum, vel dederat cãm fuge vel occultationis. Cy. in addi. ¶No. ꝙ ex ꝯtu, facio vt des, oritur faciẽti actio preſcriptis ṽbis. nec ob. ſ. e. l. naturalis. §. qđ ſi facio. q: ibi loquitur in eo facto qđ pecuniariter fieri nõ intererat paciſcentis. hic vero de facto, in quo verſabatur pecuniariuz intereſſe, ex quo facto tanꝙ ex rei interuentu contractus naſcitur ſm gl. ⁊ oẽs.

SI gratuitam. In gl. ſi dubitetur. not. ꝙ vbi dubitaṫ qs ꝓceſſerit ꝯtus, ſic agiṫ tanꝙ ex ꝯtu innominato. qđ no. Et adde, dicũt quidã ꝙ ſi cõcediṫ habitatio, eſt commodatuz in domo: ſʒ in vſu domus, eſt ꝯtus innominatus, ⁊ tũc aut dico, commodo rem, ⁊ eſt commodatũ, aut do vel cõmodo vſqȝ ad tale tp̃s, ⁊ eſt contractus innominatus ſecundum quoſdã. Nec ob. l. vlt. ſ. e. q: ibi fuit ſpecificatus, hic non ſecundũ Cyn.

Si margaritas. No. diſtinctionez, quis aliũ rogauerit, q: preſumiṫ fieri principaliter contẽplatione rogantis. Secundo no. ꝙ in dubio preſumitur contractus celebratus gratia vtriuſqȝ.

PErmiſiſti. No. gl. que incipit, ſed hodie datur. ⁊ huic gl. adde qđ habuiſtis no. ſ. de dolo. l. ſi cum tamen.

SI rem. Puta librũ. No. caſum in quo q infitiatur cõmitti furtũ. Itẽ no. ꝙ bidellus, q negat ſibi librũ traditũ a ſcholari ad inſpiciendum, ꝯmittit furtũ. Idẽ ſi fatetur a ſcholari traditum, ſed dt ſe ꝑdidiſſe, cũ habeat penes ſe: hoc dic vt. ſ. de furt. l. inficiãdo.

Si quis. No. iſtũ. §. cũ glo. ſuper ṽbo, victori: vbi dt ſuper eũ ⁊c. vide qđ no. ĩ. l. ſi oleũ. ſ. de dolo.

¶Sequitur ex lectura antiqua.

Si cũ vnũ. No. ꝙ ṽbũ, cõmodare, aptaṫ ad cõtractum innominatum. ſimile. ſ. e. inſulã.

Si quis ſponſionis. Not. ꝙ ſequeſter tenetur reddere rẽ victori. ¶No. ꝙ qui nunquam habuit dominium nec poſſeſſionem, non agit furti. ⁊ vide in. l. ſi homo. ſ. de vſuc.

APud Labeonem. No. hũc text. in ꝓn. ⁊ not. ex hoc tex. ꝙ contractus innominatus fit per conditionẽ, ſi. qđ no. ¶Additio. ¶Apud Labeonem. no. in. §. item. ꝙ tandiu debetur mihi merces, quandiu fit perfecta emptio.

QUoties. Iſtã legẽ declara vt in gl. ⁊ inquantum gl. dicit de certi cõdictione, vr̃ velle iſta gl. ꝙ ꝓ mutuo nõ habeat locũ certi ꝯdictio ſpecialis: cuius ꝯͬium no. ſ. ſi cer. pe. in ru. ⁊ ibi dixi in. l. certi. e. ti. ⁊ no. notabilẽ diſtinctionẽ. l. ſi tibi ſeruus. ¶Secũdo no. l. Luciꝰ. maxime ibi, ꝙ autem indebitum ⁊c. ¶Tertio not. l. ſi operas. ¶Quarto no. l. ſi tibi. ⁊ facit ad id qđ no. ſ. ſi cer. pet. In gl. q̃ incipit, vel aliꝰ ⁊c. que eſt in. l. j. ¶Additio. ¶Quoties. in gl. ad euidentiaz ibi actio de dolo. hoc eſt verum interueniente dolo, niſi cõtra parentem ⁊ patronum: vt. ſ. de dolo. l. non debet. ſed dolo nõ interueniente cõpetit actio in factum: vt. ſ. de dolo. l. elegãter. §. idẽ Labeo ſi cõpeditũ. ⁊ vide. e. ti. l. ſi quis affirmauerit. §. fi. ⁊. l. cũ quis. ⁊. l. cũ quidã. cũ ſi. ¶Ibi, Certi condictio. Improprie loquiṫ dum dr̃ in ꝯtibꝰ nominatis deficit actio: q: hoc eſt impoſſibile, vt. ſ. de pact. l. iuriſgen. in prin. Niſi dicas ꝙ deficit actio. ſ. ſp̃alis, non autem gñalis. Et ſm hoc iſta glo. vult ꝙ pro mutuo nõ cõpetat certi condictio ex mutuo, ſed ſolũ certi cõdictio generalis: vt. ſ. ſi cer. pet. in rubr. ⁊. l. certi cõdictio. in pri. ⁊ dic vt ibi. ¶Ibi, Solẽt. imo ſubdiſtingue qñ in dãdo aut ex implemento aduerſarij aliqd adeſt aduerſario cõnẽto aut nõ: vt ibi dixi. ¶In fi. gl. ⁊ ꝯclude ꝙ interdũ actio oriṫ ex delicto, ĩterdũ ex ꝯtu, interdũ oriṫ ex diſpoſitione legali. Si oriṫ ex delicto, aut eſt actio nominata, vt furti ⁊ iniuriarũ, ⁊ tunc ceſſat actio in factũ ſubſidiaria. q: cõpetit ei ordinaria, aut nõ reſultat actio noĩata, ⁊ tũc agiṫ actione in factũ: vt. ſ. de fal. qui noĩe. Si ṽo loqmur in diſpoſitione ꝯhentium, ⁊ tũc refert inter ꝯtus nominatos in quibꝰ oritur actio nominata, ⁊ nõ in factũ: ⁊ inter ꝯtus innominatos ex qbus agiṫ preſcriptis verbis ꝑ eũ qui ex parte ſua impleuit. Fallit in facio vt des: qđ dic vt in. l. naturalis. §. qđ ſi faciã. Si aũt actio oriṫ ex diſpoſitione legali ⁊ ex noua lege, tunc hʒ locum cõdictio ex lege: vt. l. j. ſ. de ꝯdi. ex lege. Si aũt nulla datur, nec oriṫ actio, ⁊ tñ equitas ſuadet ad ſimilitudinem actionis rẽ in iudiciũ deduci: ⁊ tunc cõpetit officiũ iudic. ſ. de mi. l. quod ſi minor. §. ſi. Extra ẽt ꝑdictos caſus actio in factũ cõpetit in multis caſibus in iure expreſſis: vt. ſ. e. l. q ſeruandaruʒ. C. de ſac. ſanc. ec. l. ſancimus. ⁊ vide addi. Azo ⁊ Iaco. que incipit, turbatus eſt. quã ponit Cy. in addi. ⁊ latius not. per eũ. C. de rerum permu. l. ex placito. ⁊ per Bart. Latius ⁊ diffuſius. C. de condi. ex leg. l. ⁊ in. l. iſta. vide etiam qđ no. inſti. de act. §. actionum. vbi glo. ponit de quadruplici actione in factum.

SI tibi polliẽda. Collige tres caſus. Aut merces non eſt a principio conſtituta nec conſtituenda, aut a principio conſtituta, aut ex poſtfacto conſtituenda.

¶Explicit liber. xix.

¶Incipit liber. xx.

¶De pignoribus ⁊ hypothecis. Rubrica.

COnuentio. Not. ex. §. in ſpecie. qđ dñiuʒ ſuperueniẽs debitori non confirmat pignus creditori ſciẽti quantum ad actionẽ dandaʒ ipſi creditori, ſecus ſi creditor fuiſſet ignorans: vt. ſ. de pig. actio. l. rẽ alienã. ¶Ultimo in hoc. §. not. gl. que incipit, ibi non trahitur. que optime diſtinguit qualiter dñium ſuperueniens debitori pignus cõfirmat. ¶Additio. ¶Conuentio. Generalis hypotheca porrigiṫ ad futura, ſed ſpecialis hypotheca in re aliena mero iure nõ recõualeſcit ex ſuperueniẽti dñio, niſi quo ad excipiendum. h. d. iſtud princi. Collige ex iſto principio primo diſtinctionẽ de hypotheca generali ⁊ ſpeciali. Nam in generali veniunt futura: vt. C. q̃ res pig. ob. poſ. l. fi. ergo dñium ſuperueniens debitori ꝓdeſt creditori, ſed in ſp̃ali hypotheca certe rei ſubdiſtinguiṫ, aut erat res debita obligãti, aut nõ. Primo caſu ꝯfirmaṫ pignꝰ ex ſuperuenienti dominio, lʒ ex cã de preterito, facit qđ no. ſ. de pigno. act. rẽ alienã. Scđo caſu ſubdiſtinguitur inter creditorez ignorantem, ⁊ recõciliaṫ pignus, ⁊ ſcientẽ, ⁊ nõ recõciliatur ad agendũ, ſʒ ad excipiendũ: vt in tex. Sed glo. ſubdiſtinguit in agẽdo, aut ꝯ debitorẽ ⁊ recõciliaṫ, ar. ĩ. e. l. ſi inter. §. ſi debitor. aut cõtra tertiũ, ⁊ nõ recõciliaṫ vt ibi. Et no. meliorẽ gl. que ſit in iure de reconciliatione hyothece rõne noui dñij ſuperueniẽtis debitori: quã gl. examinat Bart. ĩ. de vſur. ⁊ vſucap. l. cũ vir ꝑdiũ. vbi vide. ⁊ adđ qd debeat ꝓbare agẽs hypothecaria. ĩ. e. l. ⁊ q̃ nõdũ ſunt. §. j. ⁊. ĩ. de ꝓb. l. ante oĩa. In. §. ſeruo pignori. h. d. In obligationibus ſerui nõ cõtineṫ obligatio peculij.

Cum predium. In glo. que incipit, triẽnij. ibi §. non mutat. Circa iſtaʒ gloſ. vide qđ not. in. l. vſucapio. C. eod. ⁊ in. l. j. ⁊. ij. C. ſi aduer. credi. ¶In gl. ſup verbo, pignoris. ibi, q: eſt extincta. vr̃ ergo velle iſta gl. ꝙ actio hypothecaria non eſſet extincta, licet perſonalis actio ſit extincta, ⁊ ꝙ poteſt cedi hypothecaria ſine perſonali, lʒ contra huiꝰ no. in. l. vlt. C. de here. vel act. ven. de qua. q. dic vt ibi per doc. ⁊ per Dy. ĩ. de fideiuſ. l. fideiuſſor obligari. in prin. Et circa principalem. q. iſtius glo. vide quod no. C. e. vſucapio. vbi gloſ. ponit primũ remediũ hic poſitum. ⁊ ad rõnem factam in ꝯͬium gl. ibi reſpondet, vt dr̃ hic in fi. iſtius gloſ. ⁊c. ¶Ex lec. ant. ¶In obligatione rei cũ fructibus nõ veniunt fructus, q nunꝙ fuerũt debitoris ſʒ ab extraneo emptore ꝑcepti ⁊ cõſumpti ſunt: lʒ eñ vſucapio hypothecã nõ perimat, tñ fructus ꝑdicti in obligatiõe nõ incidũt. h. d. Diuerſa eſt ergo cã rei a fructibus: q: res cecidit in obligationibꝰ a principio, ſʒ dicti fructus nõ: vñ pro re eſt hypotheca fundata. ſʒ nõ pro fructibꝰ. ¶No. hic duas glo. mag. In prima eſtimaṫ meliꝰ ꝙ alibi, vtrũ ſi creditor pro hypothecaria aduocat rẽ p̃ſcriptaʒ, teneatur eã reddere debitori, ⁊ ſi reſtituit ei vtrum cõtra p̃ſcribentem poſſit debitor ſe iuuare exceptione iuris ceſſi vel alia exceptione: ⁊ determinat gl. in. j. q. ꝙ ſic, in. ij. nõ. In. ij. gl. q̃ritur vtrum iſte. §. habeat locũ in fructibus, qui erant pendẽtes tempore obligationis. ⁊ ſentit glo. ꝙ non. Itẽ nunqd ille qui vſucepit triennio quantũ ad dñiũ poſſit amodo p̃ſcribere cõtra hypothecariã, quaſi bis p̃ſcribat: Guar. dixit ꝙ nõ. gl. ſentit ꝯͬium. q: preſcribit diuerſo reſpectu ⁊ ad diuerſam vtilitatem vt. ĩ. de cap. in bello. §. ſi quis ſeruũ. ⁊ no. diligẽter has gl.

Pacto placuit. Ualet pactũ de vſu. maioribꝰ ſoluẽd. ſi nõ ſoluanṫ minores.

Cum predium. Mulier pro viro quondã ſuo, non poteſt rem propriam obligare, niſi quatenus eſt debitrix viri. h. d.

FIdeiuſſor. Fideiuſſor, cui ceſſa ſunt pignora, non tenetur pignoratitia, ſed mandati. h. d.

SI ſuperatus. No. hanc. l. cũ glo. que incipit, nam tunc ⁊c. ⁊ huic glo. adde quod no. ſ. de inof. teſta. l. Papinia. §. ſi ex cauſa. in medio gl. mag. ⁊ quod no. ꝑ Guli. in. l. ſuſpecta. e. tit. ¶Ex lec. anti. ¶Sententia lata contra debitorem nõ abſorbet hypothecam creditoris, ſed ſententia lata contra heredez ſcriptũ diruit legata: q: ex inſtitutione pendẽt. h. d. ¶Not. ꝙ ſententia lata in rei vendicatione vel in petitione hereditatis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cōtra debitorē non officit creditori, q᷑ habebat vetuſtiorē hypothecam. Et no. ex hac. l. quidā cautelā, Quidā poſſidet rem meā, iſte eſt hō potēs, vñ timeo ne ſuccumbā: qđ eſt remediū ſi ſuccumbā ꝙ adhuc poſſim rē recuperare? Remediū eſt vt primo obligem rem, poſtea moueā actionē: ⁊ vtere iſta cautela in caſu veritatis ⁊ neceſſitatis non alleg. ¶ In glo. ſ. ſi ignorauerit. adde dicit Inno. ꝙ iſta diſtinctio habet locū in actionibꝰ: ſed vbi proceditur per officium iudicis, nunquā ſn̄ia preiudicat ſcienti, niſi ſpecialiter ſit citatꝰ, vel per proclama ſecundū Archi. qui ita not. referendo Inn. lxxxj. diſt. tantis Daniel.

Per iniuriam. Obligatio facta poſt ſententiā non affert creditori ius efficax, cum eſſet eliſum ⁊ affectum per ſententiam contrariam precedentem, etiā ſi eſſet lata per iniuriā. h. d. vide hic qđ no. Inno. de re iudi. cum ſuper. ⁊ C. de pig. l. preſes.

Contrabitur. No. ex hac. l. qđ regulariter ſcriptura nō ſit ad ſubſtantiā ↄ̄ctus, ſed vt facilius per eā probatio fiat: fallit in caſibus, qđ dic vt in glo. ¶ Item fallit in emancipatione: vt. l. emancipatione. C. de fide inſtrumē. Item fallit in adoptione: vt. l. ſi. C. de adoptio. ⁊ huic glo. adde quod not. in ſum. C. de emancip. l. j. in fin. ¶ Ex lectur. antiq. ¶ Scriptura vr̄ adhiberi loco probationis, non autem eſt de ſubſtantia hypothece. h. d. ⁊ ſemper allegatur. ¶ In text. ibi, habite non ſint. fallit inſti. de nupt. in fin. vel ibi non loquitur quantum ad ſubſtantiā matrimonij, ſed quantū ad legitimā: ⁊ eſt not. ꝙ per matrimonium ſubſecutum non legitimantur liberi, niſi interueniant dotalia inſtrumenta: de iure canonico eſt ſecus, ſecundum quoſdam Canoniſtas.

Res hypothece. Nota text. ibi, ſiue dos. in quo tex. no. caſum ꝙ maritꝰ pōt dare pignora ꝑ dote ↄ̄ſeruāda. Ad idē. j. de do. īter vir. ⁊ vx. l. qđ aūt. §. ſi vxor. ⁊. §. ſi tibi maritus. ad idē. j. qui pot. in pig. habeā. l. j. quod no. q᷑ gl. hanc. q. format, ⁊ nihil boni alleg. in. l. j. C. ne fid. do. dē. ⁊c.

Obligatione. No. ex hac. l. quod in gñali obligatione nō veniunt ea q̄ qs ſpecialiter nō eſſet obligaturus, ⁊ ea que ſunt in quotidiano vſu. facit quod videbitis in ſimili in. l. cum tabernam. j. e. ¶ Ex lect. ant. ¶ Vide Cyn. in. l. alumna. C. que res pig. oblig. poſ.

Si debitor. No. iſtam. l. cum gloſ. ij. ibi, ſed quid ſi dubitetur. ⁊ circa hanc glo. vide qđ no. j. de ſal. interdi. l. vlt. ⁊ ꝑ Azo. in ſum. C. de ſal. interdic. ⁊c. ¶ Ex lec. ant. ¶ Contra tertium poſſeſſorem quilibet ex creditoribus paribus mouet hypothecariā, ſed inter ipſos poſſeſſores eſt potior, niſi diuiſa ſit hypotheca inter ipſos per formam contractus. h. d. ⁊ vide qđ no. Cy. qui pot. in pig. hab. l. ſi decreto. ¶ In text. ibi, inter ipſos. i. inter ſeipſos. ⁊ ibi conditio. q᷑ hoc ipſo qđ poſſidet plus iuris hʒ ꝙ̄ ille qui non poſſidet, arg. l. ij. j. vti poſ. ⁊ ibi, ſinguli. quia quilibet in ſua parte prefertur alteri.

Si is q. §. Si antichriſis. No. ꝙ miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto nō recedit a poſſeſſiōe, niſi ꝑmo ſoluat̄ ſibi. ſimile habet̄ in. l. is ↄ̄ñr. ſ. fa. erc. qđ intellige vt ibi dixi. ¶ Scđo no. in hoc. §. tex. cum gl. ſuper verbo, habitando. ꝙ habitando quis dicitur fructꝰ ꝑcipere. ⁊ ideo ſi mutuas certā quātitatē pecunie ſuper quadā domo, ⁊ ipſam habitas, diceris fructū ꝑcipere, vt hic, ⁊ per cōſequens computabitur in ſortem, vt. l. j. ⁊. ij. C. de pig. act. ⁊c.

Iura. No. ex hoc. §. dr̄iā inter vrbanas ſeruitutes ⁊ ruſticas: q᷑ vrbane ſeruitutes, nō poſſunt obligari, ruſtice vero ſic. Et circa iſtū. §. ⁊ ſeq. l. vide qđ not. in. l. q filios. C. que res pig. obli. poſ. ⁊ in. l. que prediū. C. ſi res alie. pig. da. ſit. ⁊ inſti. de rerum diui. in prin. ¶ In gl. que incipit talis diuiſio ⁊c. quod no. ¶ Ex lec. anti. ¶ Adminiſtrator qui habet mandatum ad accipiendū mutuo, pōt bona obligare. ¶ In gl. ſ. ibi, in curatore adulti. hoc intellige in rebus que poſſunt obligari ſine decreto, in alijs requireretur decretum iudicis, vt. j. de reb. eo. l. ſi pupillorum. §. ſi pretor. In ea. gl. in fin. glo. ⁊ adde qđ no. in. l. ſi rem. quando ex fac. tut.

¶ Veniatur. Pro qua materia vid tu late dom. Iaſo. May. inſtitu. de actio. §. itē ſi quis. nu. 67. cum plu. ſeq.

Si antichriſis. Miſſus in poſſeſſionē ꝑ debito hʒ recuperationē ſi eijciat̄ debito nō ſoluto. h. d. Vr̄ poſſe dici ꝑ iſtū. §. ꝙ ſi debitū eſt purum ⁊ liquidū, ⁊ creditor fuit miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto: ꝙ ſi debitor poſtea veniat ⁊ dicat, ſum paratus ſuſcipere iudiciū, ⁊ me defendere: q᷑ nō debes habere qđ petis: qđ nō dʒ reſtitui ꝓlo ſibi, niſi ſoluat debitū, vel quouſqꝫ obtineat in cā. Cy. in addi. ad idem. j. vt in poſ. leg. l. ſi pecunie. §. ſi. Facit in rōne ſui. j. de ſtatulib. l. ſtatulibe. rōnem. ⁊. ſ. de reſcin. vē. fundus. ⁊ iſtud eſt veriſſimum, qñ debitū eſt iam liquidatū ꝑ ſn̄iam: ſed ſi non eſt liquidatum per ſn̄iam, videtur oppoſitū. ſi miſſus pretendat ſolam miſſionem: ſecus forte ſi pretēderet etiā pignus cōuētionale, vt hic: nam miſſio pōt fieri etiam in re obligata, vt. l. fundus. de an. leg. C. de iud. l. cum debitori. ¶ In gl. no. ibi. percep. facit. l. ſi ea. C. ð vſur. Adde dicit glo. ꝙ licet fructus extenuent ſortem in pignore conuentionali, ſecus in pretorio vel iudiciali: q᷑ de conſuetudine creditor lucratur eos: ita dicit gl. in aut. ð exhib. reis. §. ſi vero. ⁊ nō eſt alibi ſm Ray. tñ illa cōſuetudo eſt ↄ̄ iſtum tex. ⁊ indigeret iſta conſuetudo probatiōe facti. Et no. hic ꝙ miſſus ex primo decreto poſſit percipere fructꝰ, ſic. j. vt in poſ. leg. l. is cui. §. qui legatorum. Et no. pro practica, que ſe hʒ ꝙ aliquo miſſo in poſſeſſionem ex primo decreto ſit ſequeſtrum fructuū ad eius petitionem: nā ſi prodeſt quod plus eſt. ſ. percipere: poteſt id quod minus eſt. ſ. facere fieri ſequeſtrum, ne perueniat̄ inter eū ⁊ aduerſarium ad arma. arg. l. equiſſimum. ſ. de vſufruc.

Vſuffructus. Vſufructꝰ pōt pignori obligari: ſeruitutes vrbane nō poſſunt pignori obligari, ſuitutes ruſtice ſic. h. d. vſqꝫ ad. l. grege. Et no. ꝙ id qđ hic dicitur in vſufructu, pōt ītelligi in vſufructu formali ⁊ cauſali. ſed qđ dicit̄ de alijs ſeruitutibus diſtinguendo inter vrbanas ⁊ ruſticas, hʒ locum ſolū in ſeruitutibus cauſalibus. i. qñ dñs obligat: ſeruitutes eñ formales, ſiue ſint vrbanorum prediorū ſiue ruſticorum nō poſſunt obligari, ⁊ idē in ſeruitute vſus, q᷑ reſpiciunt indigentiā rei vel perſone dominantis: vt. ſ. de ſerui. ruſti. pred. l. ergo. §. ſi. ⁊ iſte ideo non pñt obligari, q᷑ iam vteretur creditor alio modo ꝙ̄ eſſent conſtitute: qđ nō lʒ, vt. l. ex meo. de ſer. ruſt. pred. ⁊ nō preſtarent̄ ſm indigentiā rei dominātis. ergo non poſſunt obligari ſiue ſint vrbane ſiue ruſtice per rōnem predictā: ſed ſi ſeruitus nō ſit cōſtituta ſm indigentiā perſone, vt vſuſfructꝰ bene obligat̄. ptʒ ergo ſm ꝑmiſſa ꝙ iſte. §. pōt intelligi in ſeruitute cauſali ⁊ formali: ſequens vero. §. ſ. iura prediorū in cauſali tm̄ ſm Cyn. in addi. qđ aūt vocat ſeruitutē cauſalē improprie loquit̄: q᷑ oīs ſeruitꝰ eſt formalis ⁊ abſtracta a ſuo dominio. ¶ In text. ibi, eadē rōne qua venditori. ⁊ ibi, non poſſunt. ſ. per ſe, ſed cum re dominante ſic: q᷑ ceſſat rō ꝓhibitoria, ⁊ facit. ſ. de ↄ̄hen. empt. l. vēditionē. ¶ In gl. q̄ eſt in ſi. ar. ↄ̄ iſtā rōnem eſt. l. iij. j. de ꝑc. vbi talia iura precario cōceduntur. ⁊ tñ ſequit̄ iſta inconueniētia, niſi rñdeas qđ precario raro cōceditur, ſʒ obligatio frequēter ſit. ⁊ ideo frequētius deueniretur ad inconueniens ſm Cyn. in addi. Extra no. arg. harum legum ꝙ ille cui dñs obligauit caſtrum habeat ius preſtādi rectorē in eccleſia illius caſtri, quaſi ius illius caſtri tranſeat ad eum, ſicut ius ſeruitutis. ⁊ hoc eſt verum, vt legitur ⁊ no. extra de re iudic. cum Bertholdus.

Grege pignori. § Cum pig. No. ex hoc. §. ꝙ qñ pignus datur pignori, cōpetit vtilis hypothecaria ſm gl. hic poſitā. Sed hoc imo non eſt verum: quia in hoc caſu cōpetit creditori vtilis actio q̄ debitori competebat directa: vt. C. que res pig. obli. poſ. l. nomen. ¶ In gl. ſuper verbo, ſoluto ibi, ne ſolueret ⁊c. ¶ No. ex hac gl. formā denuntiationis, dʒ eñ denuntiare debitori ꝙ ſoluat, ⁊ ꝙ ſufficiat debitori denuntiare hoc modo: vr̄ caſus in. l. heres cū debitor. in ſi. j. ad Treb. ſed hoc eſt falſum, q᷑ cōtra. l. nomen. hic in gloſ. alleg. ibi dum dicit, certior de obligatione factus ⁊c. ⁊ ſic patet ꝙ debitor debet reddi certus quare non ſoluat. ⁊ pro hac opi. facit optime. l. ſi quis inſiciatus. ſ. depo. extra de elec. c. cauſam, in cle. Non obſt. hec glo. ⁊. d. l. heres. quia deberet intelligi debitor de cauſa certioratus ⁊c.

Si cum defenſore. No. ex hoc. §. q᷑ ſm hec iura poterat agi ſimul ↄ̄ principalē ⁊ fideiuſſorē: ⁊ aduerte q᷑ poterat cū vtroqꝫ ſimul agi. ſ. ꝓ parte, vt hic dicit tex. non aūt inſolidū ↄ̄ vtrūqꝫ ſimul vt. l. j. C. de fid. tut. hodie vero nō poſſet agi ↄ̄ vtrūqꝫ etiā pro parte: ſed oppone͞t exceptio, cum hodie dʒ fieri prius diſcuſſio ↄ̄ principalē, ꝙ̄ ad fideiuſſorē veniatur[a], vt in aut. de fideiuſ. §. j. poſita. C. de fideiuſ. aut. preſente. Et ex eo ꝙ iſte tex. dicit ꝙ agitur contra principalem ⁊ cōtra fideiuſſorem ſimul, videtur velle iſte tex. ꝙ contra fideiuſſorem contractus non fiat executio ſententie late contra principalem, de qua. q. per glo. in. l. ſi. C. de vſur. rei iud. ⁊ ibi per doc. ⁊ in. l. j. j. iud. ſol.

Si ſub conditione. No. ex hoc. §. ꝙ lʒ agere ante conditionē exigentē. ¶ Ex lec. ant. ¶ Capita ſurrogata tenēt imaginē ꝑmorū capitū, ⁊ in obligatiōe vniuerſitatis ſuccedūt. ¶ In gl. idē eñ. in ſi. Vñ pactū ſup ſoccida ouiū, puta vt habeat dimidiā lane ⁊ caſei durat in capitibꝰ ſurrogatis: vt no. ſ. ꝓ ſoc. l. ſi id qđ. ⁊ hoc ideo: q᷑ oues date fuerūt tanꝙ̄ vniuerſitas: ſecꝰ aūt ſi darent̄ tanꝙ̄ ſingularia capita, vt dantur vacce tūc nō eſſet idem in ſubſtitutis, vt innuitur hic ſm Richar. Malum. ⁊ facit. j. e. fideiuſſor. in ſi. adde extra de iureiur. c. ad noſtram. el. j.

Et in

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Et in ſuperficiarijs. Superficiarius pōt obligare ſuā ſuperficiē. facit. j. eo. l. vectigali. ⁊ l. ſi finita. §. ſi de vectig. de dam. infec.

Etiam ſi cre. Nō dꝛ creditoꝛi ſatiſfactū lꝫ ſit ei debitoꝛ ꝯdēnatꝰ vel defenſoꝛ debitoris. h. d. cū. ꝗ. leq. ꝯcoꝛ. de fun. inſtru. nepotis. ⁊ de fideiuſ. heres a debitoꝛe. verſi. argumento rei. ¶ In tex. ibi, ſuas cōditiones. concoꝛ. de excep. rei iudi. exiſtente. §. latinus.

Si ſub condi. Agēs hypothecaria ān ꝯditionē oblig. ſuccūbit interim. ſꝫ exiſtente ꝯditiōe, denuo agit, interi ēt poſſet agere ad cauēdū. h. d. §. iſte. falſa eſt ergo gl. q̄ eſt in. l. pecuniā. ſi cer. pe. ꝙ agēs ān conditionē ꝑdat ius ſuū. ⁊ facit. j. de exce. rei in. l. ſi mī. §. ſi eandem. ¶ In gl. hoc ſi. in fi. ille. §. loquit̄ in die certa. ſꝫ dies incerta non poteſt duplicari arg. l. vnice. C. de ſen. que pꝛo eo.

Q Ueſitum eſt. In gl. ex iuſta. ibi receſſurꝰ. Not ꝙ ſi locaui domū ſcholari ⁊ timeo ne recedat nō ſoluta pēſiōe ꝙ adiecta hac cā poſſum agere ān diē,[a] ſufficit tñ ſi in ſuſpitione purgat̄ idonee cauēdo. vt. l. ſi fideiuſſoꝛ. in fi. ſ. q ſatiſda. cog. ⁊ vide qꝺ not. Cy. C. etiā ob chyꝛographariā pecuniā. in. vj. q. ⁊ qꝺ no. Jac. de are. in. l. vbi adhuc. C. de iure do. Et not. ꝙ in cauſis fugitiuorum non ſunt ferie. vt. l. ſi. C. de ferijs.

E T que nōdū. §. Qꝺ dicit. Agēs ex hypotheca ſpāli dꝫ ꝓbare ꝙ res fuerit in bonis debitoꝛis tpe obligationis. ſed agēs ex generali non hꝫ neceſſe ꝓbare de tēpoꝛe ꝙ vel tunc, vel poſtea: qꝛ veniunt futura. h. d. facit l. j. in pꝛin. ſ. e. ¶ In tex. ibi ꝯueniebat. ſ. de pignoꝛe. No. dñiamꝰ de ꝓbatione tpis. ⁊ vide qꝺ not. in. l. i. C. de iure fiſci. lib. x. ¶ Itē no. de qualitate ꝓbatiōis: qꝛ hec eſt foꝛma ꝙ ꝓbet fuiſſe in bonis debitoꝛis. ⁊ ex hoc tex. Dy. repꝛobat gl. q̄ requirit ꝓbationē dñij q̄ eſt inſti. de act. §. itē ſeruiana. idē facit. j. eo. ſi ab eo. de ꝓba. ante oīa. ⁊ de vꝫb. ſignifi. l. bonoꝝ. §. ī bonis. Dicit ergo Dyn. ꝙ aut agit̄ ꝯ debitoꝛem obligantē ⁊ poſſidentē: tūc ſufficit ꝓbare ꝙ tempoꝛe obligationis debitoꝛ poſſidebat bona fide. vt ſ. de pign. actio. rē alienā. Si vero ꝯ extraneū poſſeſſoꝛē. ⁊ tūc dꝫ ꝓbare ēt de titulo vt. j. e. ſi ab eo. Cyn. dt ꝙ aut intentat̄ hypothecaria directa ⁊ tūc dꝫ ꝓbari de dñio: qꝛ oſtēdit ꝙ ſit tm̄ ius in re, aut vtili ⁊ tūc recurre ad diſtinctionē. Dy. ⁊ facit. j. eo. ſic interim. §. j. de hoc dic ꝑ Cyn. in addi. ⁊ latiꝰ. C. ſi alie. res pig. data ſit. l. cū res. ⁊ latius in Spec. de obli. ⁊ ſolu. §. j. vꝫſi. ſꝫ qd dꝫ. qꝺ aūt dt qñ agit̄ ꝯ tertiū intellige niſi ille tertius cēſeat̄ eadē pſona cū debitoꝛe. nā tūc non pōt negare dñiū fuiſſe debitoꝛis. vt. l. rē alienā. qꝺ dic vt ibi. ⁊ no. j. e. ſi a titio. Itē quod dꝛ de ꝓbādo dñio vel quaſi a pꝛincipio. intellige ꝙ qñqꝫ ex iure ſuperueniēte recōciliatur pignus. ⁊ qñqꝫ non. vt. l. j. in pꝛinci. ſ. iure ſupueniēte reconciliat̄ pignus ⁊ qñqꝫ non vt. vt. l. j. in pꝛin. ſ. eo. Itē ꝑ hūc tex. q dicit ꝙ hypotheca nō cadit niſi ſup re debitoꝛis. tꝫ Spe. qꝺ nomē obligatū nō petit̄ ꝑ hypothecariā ſed vtili pſonali qꝛ res q̄ debet̄ nō pertinet adhuc ad debitoꝛē obligātem. de hoc no. in Spe. de pig. ver. ſed pone tex. cōtrarium notat. ſ. eo. grege. §. cum pignoꝛi. per Cy. in. l. nomen. Adde qꝺ no. in Spe. de pꝛocu. §. de pꝛocu. §. ſequitur. ſed qd ſi mihi. ⁊ l. ſi conuenerit de pigno. actio.

Qui res ſuas. No. qꝺ ille q obligat ſcꝺo creditori reſiduum a pꝛimo ēt, totū obligatur vr̄ cū pꝛimo fuerit ſatiſfactū ⁊ ſic noīe exceſſus totū cōtinet̄. vnde verū ad iudicē exceſſiſſe modū etiā in totū male ꝓceſſerit. C. quoꝛum appel. non reci. ab executione.

S I fundus. Iſte tex. ibi alluuione. Idē ſi alterꝰ fundi adiectiōe nō obſtāte ꝙ pꝛio fuerit ꝑ cōfinia limitatꝰ vt. j. ꝺ. le. j. §. cū fundꝰ.

Si neſciente. Ratificatio dñi ꝯfirmat hypothecā inualidā ⁊ retro fingit. h. d. qꝺ ratificatio ⁊ cōſenſus trahit̄ retro qꝛ refertur retro ex intētione ratificātis vt hic dūmodo pſona ratificās ſit habilis qꝛ habeat ius ⁊ adminiſtrationē alꝛs ſecus ⁊ vıꝺ qꝺ no. in Spe. de his que fiūt ad ꝑla. ver. ſed pone ⁊. j. de noua. ſi qs abſente. ꝑ Jac. ⁊ ꝑ Cy. in. l. j. C. ſi in cōi cā. ꝑ. Arch. xvij. q. iiij. oēs. Itē. no. in vꝫſi. voluntas aūt qꝺ ſi inter actū pꝛimū ⁊ ratificantē interueniſſet media obligatio dñi: ratificatio nō traheret̄ retro: qꝛ erat q̄ſitū ius firmum ſcꝺo creditoꝛi ⁊ ratificans in eius pꝛeiudiciū nō hꝫ ius ratificādi ⁊ ratihabitatio nō trahit̄ tūc retro: qꝛ res nō eſt in eodē ſtatu. de hoc no. in Spec. de obli. ⁊ ſolu. §. j. ver. qd ſi ago ꝯ P. ⁊ ver. ſeq. ⁊ facit. j. q pot. in pig. hab. qui balneū. §. titia. arg. ꝯ. j. de ſolu. cū decē. §. j. ſed ibi medius actus habebat pēdētiā de futuro. hic nō ſm̄ Ray. de foꝛ. in glo. vt ⁊. j. ibi. §. ne tñ. Itē eſt ratio qꝛ vſufructꝰ eſt ius foꝛmale ſed hypotheca eſt ius cāle. In ea gl. in fi. vel ibi nō erat ius firmū queſitū legatario ante moꝛtem teſtatoꝛis. hic autē erat ius firmū queſitū creditoꝛi ſm̄ Jaco. de ra. Pe. ⁊ Cy. in addi.

In vendicatione. Hypothecaria ponit̄ ꝯ poſſeſſoꝛē ⁊ ꝯ illū q dolo deſijt poſſidere ꝯ quē etiā iurat̄ in litē. h. d. Et ꝑ hunc tex. dicit Alber. ga. in margarita in tit. de pig. ꝙ ꝑ noīe obligato nō pōt agi hypothecaria. qꝛ nō poſſidet̄, ſꝫ agit̄ vtili perſonali. de hoc dixi. ſ. l. ꝑxi. ꝗ. j. Si hoc eſt verū ſequit ꝙ nomē ſemel obligatū non poſſit vlterius obligari: qꝛ nec ceſſum pōt vlterius cedi. de leg. j. nō quocunqꝫ. ꝗ. q caſum. qꝺ nō credo verū. ar. ſ. l. ꝑxi. §. ſi. Uel ſi conatꝰ vel niſus doloſi vt poſſit recuperare nihil ꝓdeſt. h. d. ¶ No. ꝙ quilibet poſſeſſoꝛ hꝫ ius offerendi. Et innuit̄ hic ꝙ ante ſententiam ſit hoc non poſtea. de hoc. j. qui. mo. pig. vel hypo. ſol. Paulus. §. qui pignoꝛis. ſecundo not. niſus ad recuperandum parum pꝛodeſt doloſo.

Interdum etiam. In hypothecaria veniūt fructus iure actionis petiti. tñ nō veniant poſt litem conteſt. officio iudicis. h. d.

Creditoꝛ hypo. Sententia in hypothecaria non tribuit ius creditoꝛi: ſꝫ aduocat poſſeſſoꝛem. h. d. Concoꝛ. ſ. eo. l. in vendicatione. ⁊ l. ſi cum venditoꝛ. j. de euictio.

Si pluris condē. Sñia lata ſup hypothecaria ſub quacūqꝫ foꝛma euaneſcit ſi ſoluat̄ debitū ⁊ mirabile vr̄ ꝙ ſñia nō merebit̄ tunc executionē. qꝺ intelligit gl. ꝑ modō actiōis. ſecꝰ dt ꝑ modū retentionis. vt. l. j. C. etiam ob chyꝛogra. pecu. ⁊ habes ſimile ad hunc tex. j. de exceptione doli. fideiuſſoꝛ euictionis.

Si duo pariter. Hypotheca facta pluribus diſiunctim videt̄ facta cuilibet inſolidum: ſi coniunctim cuilibet pꝛo parte. h. d. ⁊ no. de effectu diſiunctionis ⁊ coniunctionis in contractibus.[a]

[a] ¶ Diem. Adde eūdem Bal. in. l. j. C. de ꝯdi. ex lege. quē refert ⁊ ſeqt̄ d. Ja. may initu. de ac. §. ſꝫ hec nu. 90. ꝙ oīs debitoꝛ fugitiuus pōt ēt capi ante tp̄s ⁊ ante diem. per hunc text.

Poteſt ita fieri. Pactū qꝺ pignꝰ ſi non ſoluat̄ eſtimet̄ ⁊ ꝑ vera eſtimatione remaneat penes creditoꝛē eſt licitū. h. d. ⁊ adde qꝺ no. Cy. in. l. j. C. ſi rectoꝛ ꝓuin. ⁊ in. l. ſi. C. de pac. pig. ⁊. j. de ſolu. calippꝰ. In tex. ibi venditio: qꝛ non iure creditoꝛis. qꝺ eſt contra naturam pignoꝛis, ſꝫ iure emptoꝛis, habet vero pꝛetio. ⁊ vide. l. qui habebat. in pꝛin. j. de leg. iij.

Pignoꝛis perſecu. Concoꝛ. ſ. e. ſi fundꝰ. §. in vendicatione.

S I ab eo qui. Hypothecaria vadit ad exēplum publiciane. hoc dicit. ⁊ not. hanc. l. ⁊ dic vt dixi. l. ⁊ que nondum. §. j. ſ. eo.

C Ūm conuenit. Ille cui obligatur penſio domus videtur habere obligatum nomen inquilini. h. d.

S I inter colonum. Illud qꝺ fit cum pꝛocuratoꝛe videtur fieri cum domino. h. d.

Si debitoꝛ. Debitoꝛ non poteſt referre queſtionem dominij. h. d. ¶ In tex. ibi rōnē quia contraxit vt dominus. vnde non poteſt hoc negare. C. de contrahen. ſtipu. optimam.

C Reditoꝛ. Debitoꝛ cogitur ſtare colono ⁊ inquilino intromiſſo per creditoꝛeꝫ. h. d. facit. de re iudi. c. cum Bertholdus.

I N quoꝛum finibus. Uide. C. de fideicommiſſis. voluntas. C. de pꝛe. decurio. l. ſi. C. de vſucapio. pꝛo empto. l. ij. de reb. eo. ſi pupillus. §. ſi pꝛetoꝛ. ⁊ de leg. j. ſed ſi res. per Jaco. de tranſac. cum hi. §. penulti.

Cum vitioꝛe vel. Ex inutili contractu non oꝛitur retentio. h. d.

F Ideiuſſoꝛ. Qui non facit quod debet non gaudet commodo ſententie, vel adiudicationis: immo ſicut de facto eſt miſſus, ita de facto dꝫ extromitti. h. d. facit. ꝺ re iudicata. l. a diuo Pio. §. ſi poſt.

Pater Seij emācipato. Intelligitur qs cōſentire in ſcriptura quam facit etiam alieno nomine. nec exigitur ſignum vel ſigillum ſcribentis. hoc dicit. ⁊ not. bene iſtum. §. ¶ In tex. ibi ſcripſit. quaſi merus ſcriptoꝛ ⁊ merus miniſter. ¶ Nota ꝙ filius ſcribit in contractu patris. ſed hoc eſt verum in ſuum pꝛeiudicium. ¶ No. ꝙ mandatum patris non excuſat filium. nec obſtat qꝺ not. in. l. j. §. que onerande. j. quarum reruꝫ actio non datur. qꝛ ibi inter patrem ⁊ filium contraheretur. hic cum tertio. ¶ Not. ꝙ pꝛiuata ſcriptura non requirit ſignum, ſecus de publica. vt. l. ij. de acceſſo. C. ⁊ adde quod notat in. l. cum tabernam. j. eo.

Lucius. Res intromiſſe ab herede non ſuccedunt in obligationem defuncti. h. d.

SErũum quē. Debitor non pōt ſine cauſa in preiudicium creditoris facere deteriorationē eſtimatiōis rei pignorate: nā ſecus facit tenetur etiā actiōe primitiua, tempore ſublata. h. ar. eſt de iſta. l. qḋ ille q obligat ſuos ſeruos vel vaſallos nihilominus poſſit exercere ſuam iuriſdictionem in eos.

SI legati cōdi. Hypotheca patris proprio noīe accepta non pręcit filio qui ex ſe nititur. h. d. ⁊ vide in Spec. de teſtamen. §. j. ver. ſed pone.

PAulus reſpondit. Generalis obligatio teſtatoris non extenditur ad bona heredis niſi ſint acceſſoria bonis obligatis h. d. ¶ In text. ibi non poſſe idē in hypothecaria legali vt. C. communia de le. l. j. in fi. ſecus in priuilegio perſonali: q2 illud cōpetit ↄ̄ bona heredis vt. j. de pui. cred. dabim⁹. ſm Ja. de are. ⁊ Cy. in addi. ⁊ vide in Spe. de obl. ⁊ ſol. §. j. v̄ſi. ſed ſi debitor. ¶ Extra q̄ro qd ſi teſtator obligaſſet bona ſua ⁊ ſui heredis vtrum haberet locū hec lex. Pe. dicit φ nō q2 adeūdo hereditatē videret ratificaſſe obligationē vt no. Pe. in. l. aſſiduis. q po. in pig. hab. ⁊ ibi tangit in magna gl. ⁊ facit. ſ. e. ſi fund⁹. §. j. In ↄ̄riū facit q2 ex hoc creditor hʒ ſcientiam rei aliene ergo ſibi non ↄ̄firmatur pign⁹ vt. l. ij. in prin. ſ. e. nec vex videt̄ φ videatur ratificaſſe adeūdo: q2 talis obligatio nō deſcendit ad heredem. ar. l. queſitum. in fi. de preca.

Domus pigno. No. q2 edificium ſequitur cōditionem ⁊ qualitatem ſoli [a]

Si ſciente. In generali ſermone ↄ̄tinetur pſona loquentis q nō loquit̄ in ſua pſona. ſed in perſona alterius. h. d. ſecūdum Franc. accur. ⁊ eſt no.

LEx vectigali. Habens ius reſolubile non pt irreſolubiliter obligare. h. d. vel ſic. Reſoluto iure tradentis reſoluitur ius accipiētis. h. d. Et not. bene. l. q̄ quotidie allegat̄. ¶ No. φ res libellaria pōt obligari. tñ finita emphyteuſi finitur obligatio. ⁊ iō ſi ego nō haberē aliud φ̄ quādam domū libellariā ⁊ obligarē mea bona vxori mee pro dote ⁊ poſtea caſu vl' ceſſatione reuerteret̄ ad dñm mulier nō poſſet ſup ea recurrere pro dote ſua. caſus eſt hic no. ⁊ menti tenendus. ¶ Scḋo not. hic de canone φ pōt ſolui tā p debitorē φ̄ p creditorē habētē rē obligatā ⁊ ſufficit vnū eorū ſoluere. Itē no. φ hic ppꝛietarius egit via ordinaria finita emphyteuſi ⁊ fecit de iure ſuo p ſniaȝ declarari. ergo qñ aſſumit viā iudicij dȝ ordinarie procedi. vt no. in. l. ij. C. de iure emphy. ⁊ adde hic qḋ no. p Ja. j. de le. j. l. ſi domus. §. fi. ⁊ in Spe. de emphiteuſi §. nūc aliq̄. v̄. cix. cū. x. vel. xj. v̄. ſequentib⁹. Reuoco in dubiū vtrū φ hic dꝛ φ pmittit̄ obligatio pmittat̄ in re ecclie, ⁊ vr̄ φ ñ: q2 res ecclie nō pōt obligari niſi cū ſolēnitate. vt in aut. hoc ius porrectū. Preterea vr̄ expreſſū in l. vniuerſas. C. ne rei dñice vel tēplor. Cōtrariū ē verū q2 ius ſuper qḋ ↄ̄hit emphyteuta eſt ius pꝛiatū ipſius ⁊ nō ius ecclie. ⁊ iō nō eſt ius puilegiatū. ar. j. ḋ publi. licitatio. §. fi. Nec ob. l. vniuerſas. q2 ibi emphyteuta ↄ̄hebat tanφ̄ proprietari⁹ ſuppreſſo qḋ eſſet emphyteuta ⁊ in fraudē ecclie ⁊ ita ibi loquitur. adde. ſ. de ↄ̄hē. emp. qui tabernas ⁊ vide per Cyn. C. cōia de lega. l. fin. §. pe. in fi. ⁊ qḋ no. p. Guil. C. de ſerui. l. ⁊ in puinciali, ⁊ p Cyn. C. ſi antiquior creditor. l. j. in. j. q.

DEbitor. Obligans res exiſtentes in aliquo loco intelligitur obligare eas: q̄ibi deputate ſunt ppetuo non ad tempus h. d. ⁊ vide Cy. C. que res pig. obli. poſt. l. cū conſtet. No. hanc. l. per quam dicit glo. decreti quod aduene nō obligantur lege ciuitatis ſicut hic illi agricultores aduene nō obligātur ex illo pacto qḋ eſſent obligata inducta ⁊ illata ita dicit glo. vij. di. que contra morem. Iſtud eſſet verū vbi obligatio procedit ex ſola authoritate ſuperioris. Unde ſi papa diceret ita excōico oēs pēruſiā commorantes. nō intelligeretur de aduenis receſſuris. arg. de here. inſti. ex facto. de fun. inſtru. cū delanionis. §. ſabinus. de leg. j. hmōi. §. legatū. ſec⁹ ſi nō pcedit ex ſola authoritate ſupioris. ſed ex cā ſine culpa inferioris vnde aduene ibi deliquētes bene obligāt̄ lege municipali illius ciuitatis. vt. l. ij. de offi. preſi. φ dic vt in Specul. de cōſtit. ver. ⁊ ſunt. hec. ⁊ compe. iudi. adi. verſi. ſed pone lucanus ⁊ per Inn. de ſen. excō. a nobis.

IS q̄ promiſit. Adiecto non poſſunt obligari bona. h. d. ratio quia in perſona adiecti nulla viget obligatio.

CUm tabernam. Obligās apothecam vr̄ obligare merces [b]. ⁊ ſic ille q̄ tūc erāt ſunt alienate ⁊ alie ſurrogate ſuccedunt poſteriores in obligatiōe loco priorū. h. d. ¶ In tex. ibi tabernā q̄ſtuariā mercium. Et ibi videant̄ vt ſic ponatur continens p contento. v. ſ. de ſerui. ruſti. predi. l. certo generi. ¶ Not. quod vna res ſuccedit loco alteri⁹ ⁊ eſt rō: quia h pign⁹ erat vniuerſale. vt. l. imperator. §. fi. ḋ leg. ij. ſm Ray. ⁊ Barto. ⁊ ex h ſume arg. quod ipſum precium redactū ex mercibus anteφ̄ ſit alio verſū ſit obligatum q2 ſuccedit loco rei in hypothecaria vniuerſali ſʒ Alber. Ga. in margarita. eo. ti. qui nitit̄ per hāc. l. ⁊ per. l. mater. C. de rei vendi. ⁊ facit. l. j. C. de diſtrac. pig. Item no. φ qñ merces obligantur nō impedit̄ ppterea vēditio libera: q2 tacite hoc vr̄ actum vt poſſint vendi. ⁊ alie ſurrogari ſm Ja. de are. q ita no. C. de iure do. vbi adhuc ibi videas ⁊ facit ad hāc. l. de leg. ij. lucius. la. j. lex nr̄a loquit̄ in obligatiōe merciū. Sʒ q̄ro nūq̄d in gñali obligatiōe veniāt merces venales dicit Ja. de Are. qḋ nō in. l. gñali. §. vxori. de vſufru. leg. Bar. tʒ ibi ↄ̄riū nā cū iſtas merces eſſet ſpāliter obligaturus ergo veniūt in obligatione gñali. ar. l. in obligatiōe. ſ. e. ⁊ ad. §. vxori. reſpōdet loco nō ſimpliciter erat depoſitū, ſed de rebus q̄ eſſent in certo loco nō autē videntur venalia in loco certo cū nō debeāt ppetuo eſſe: vt. l. vēditor. ſ. e. ⁊ iſta qḋ fuit pridie de facto. ¶ No. hic vltimo qḋ in iſta vniuerſali obligatione non veniūt q̄ſita poſt mortem obligantis: facit. ſ. e. Paulus. ⁊ de admi. tu. Titium: ⁊ Meuium. §. altero.

Idē q̄ſijt. Priuata ſcriptura tʒ: lʒ careat die ⁊ cōſule [c]. h. d. ⁊ ſemper allegatur vel ſic. Priuata epiſtola nō vitiat̄ lʒ non cōtineat diem vel conſulem. h. d. ¶ In text. ibi epiſtola priuata. Rayn. ⁊ ibi certificatorem. Not. quod fideiuſſor appellat̄ certificator ⁊ ibi cum ſine die ratio dubitationis ⁊ ibi ſignanter facit. ſ. eod. fideiuſſor. ¶ Op. de le. ex inſtante. §. latinus vbi dicit quod inſtrumentū erat cōfectū ante annos ⁊c. ⁊ ſic ↄ̄tinebat diē. So. cū q̄rit̄ an diei appoſitio ſit neceſſaria inſt̄ro dic aut querit̄ quātū ad obligationē ⁊ tūc ñ eſt neceſſaria: q2 ſine die valet vt hic aut q̄rit̄ quātū ad obligationē ⁊ tūc aut quātū ad pbationē prioritatis tpis ⁊ tūc requirit̄ dies. vt ibi, ⁊. C. q pot. in pig. ha. l. ſi creditor. aut q̄rit̄ quātū ad pbationē debiti ⁊ tūc vʒ etiā ſine die: vt. ſ. depoſiti. l. publia. Predicta vera inſtrumēto priuato. in publi. ſemper requiritur dies, vt. C. de contrahē. ſtip. optimā. de apochis publicis. l. j. ⁊ no. in. l. ij. §. item labeo. de aqua. plu. ar. ſm Cy. in addi. idem Ray. q dicit. l. optimā. loqui in ſcriptura pbatoria. hic in obligatoria vel ibi in publica hic in priuata ſm Rayn. de hoc not. C. q po. in pig. ha. ſcripturas. p Cy. C. de diuer. reſcript. ſi qua p Guil. in. l. §. editiones de edē ⁊ in. l. ſcripture. C. de fide inſtrum. Jac. But. in proe. codicis dicit aut loq̄mur de ſcriptura an probet ⁊ dic qḋ nō: aut de negocio de quo atteſtat̄ ſcriptura an teneat ⁊ dic qḋ ſic. Itē ſi ſcriptura directo cōficitur ſup tpe neceſſario dʒ cōtinere diē vt. l. ſi alterius. C. ſi minor ſe ma. dix. ⁊. l. ij. ḋ his q ve. eta. impe. dicit ēt Spe. qḋ priuata ſcriptura mandati pcuratoris dʒ cōtinere diē in Spe. de pcu. §. rōne añt forme. v̄. lʒ quid ſi in mādato: q2 tāgit preiudicium tertij. Facit ad hanc rōnē qḋ tangit Cy. C. ad velle. antique. ⁊ vide in aut. qui mona. effi. lui. §. quanto ⁊ qḋ no. Guil. in. l. j. ſ. de iuſti. ⁊ iure. De literis epiſcoporum dic. vt extra de proba. poſt ceſſionem.

Idē creditor. In obligatione generali cōtinetur ēt pecunia q̄ ab alio accipitur mutuo. h. d. qui po. in pig. hab. l. idē que. in fi. ſed nunq̄d cōtinet̄ illa eadē pecunia quam accipio ab ipſomet creditore dicit Rich. Mal. ſ. eo. obligatione qḋ nō: nā illā accepi vt poſſim de ea libere explicare facta mea ⁊ ſic non eſt veriſimile qḋ eā obligem, ⁊ facit de iure fiſ. l. deferre. §. fi. ⁊. l. pecuniam. C. de priui. fiſ. ⁊. l. vl. ⁊. C. de pign. nam iſta litera ſignanter dicit ab alio.

SI inſula quam. Ubi durat obligatio durat pactum ſibi acceſſorium hoc. dicit.

¶ In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite cōtrahatur.

Rubrica.

SEnatuſconſul. In text. ibi redemptori. opario, ⁊ ibi domino. ſ. edificij ¶ Not. paria ſunt ſoluere domino vel operantis de eius mandato.

HOc iure. Circa iſtam. l. quero de duobus. Primo que eſt ratio differentie quod inuecta ⁊ illata ī predium vrbanū ſunt tacite obligata etiā domino ignorāte. Sed inuecta ⁊ illata in predium ruſticū nō ſunt tacite obligata. dic vt no. per. gl. C. locati. l. certi iuris ⁊ inſti. de ac. §. item ſeruiana. Scḋo an iſta tacita hypotheca in inuectis ⁊ illatis habeat locum ſiue ſit partiarius colonus, ſiue nūmis colat. dic vt no. in. d. §. ſeruiana. ⁊c.

POmponius. Alias. l. ſi gratuitā. §. no. ſi quis ſi ediubeat ⁊ vid circa hūc. §. ⁊ eius gloſ. l. fundū. cū ſua glo. ſupra quod iuſſu. hic allegata. quod not. C. eod. titu. l. quid cum ſimi. ¶ Ex lec. an. ¶ Ille qui fideiubet pro eo qui obligauit res fideiubentis videtur oīa ratificare. hoc dicit facit. l. titius quib. mo. pi. vel hypo

theca

a ¶ Soli. ad ḋ. d. Alex. ḋ Jmo. i. l. j. §. nūciatio. ⁊ melius in. §. nūc videm⁹. ḋ ope. no. nūcia.

b ¶ Merces. Adḋ eundē m. Bald. in. l. librorū. §. pen. de le. iij. ⁊. d. Alexā. ḋ im. ī conſi. xlvij. j. pte.

c ¶ Cōſule. adḋ. d. Alexā. ḋ imo. h ī appo. ad Bar. ⁊ eūdē Bal. ī rub. C. ḋ fide inſtr. vlt. char. ver. itē dubitat̄ ⁊. d. Matth. matheſi. ī no. incipi. no. qḋ tps loc⁹ in. v. charta.

theca ſol. vel ſic. Ille q fideiubet vt ratificare ēt principalem cō-tractū in ſuū preiudiciū. h.d. ⁊ facit. ꝭ. ad mace. ſed ſi pater. §. non ſolum. ¶ In tex. ibi, obligata, q2 ratificatio nō pertinet ad futura ſed ad retro geſta.

LIcet in predijs. Tacita obligatio nō officit libertati. hoc d. ¶ No. de dictione perinde ꝙ non per omnia perinde. ſig. de verb. ſign. mercis.

IN predijs ruſtici. Vide. j. de furt. ſi ſeru⁹ communis §. locaui.

CUm debitor. Ille qui vtitur pecunia qua non debet vti tenetur ad vſuras. h.d.

LIcet in predijs. Not. tex. notabilez ꝙ aliud eſt perinde haberi acſi ſpāl'r eſſet obligatū: ⁊ aliud eſt ſpecialiter obligatum eſſe. tex. eſt hic qd̄ tene menti. ꝑ hoc. l. mercis appellatione. j. de ver. ſig. facit. l. ſi maritus. la. facit de adulte.

EST differētia. No. iſtam. l. ꝙ lȝ ſerui inducti dicantur tacite obligati ꝑ penſiōe, tñ poſſunt manumitti, vt hic, ⁊. l. licet. ꝭ. eod. ꝙ eſt verū niſi ſint iam incluſi per locatorem ⁊ pro penſione. ꝙ fieri pōt vt in. l. cū dñi horreorū. ꝭ. locati nam tunc manumitti non poſſunt. text. eſt hic not. ⁊ menti tenendus. ¶ Ex le. antiq. ¶ In text. ibi manifeſta. i. expreſſa officit libertati: tacita non: niſi poſtq̄ȝ tacita tranſiuerit in executionem vnde not. ꝙ per exceptionez augeť effectus, ſic. ꝭ. qd̄ me. cā. metū. §. ſed lȝ. ¶ No. ꝙ deriſus eſt nerua qui dixit ſeruū incluſum poſſe manumitti feneſtram non enim hoc prohibetur ratione perſone vel loci: ſed rōne obligationis vnde male dixit. Et not. ex opin. nerue que eſt alias vera ꝙ in iſto caſu pro cōtractib⁹ qui fiunt cum monialibus ad cratem ferream.

¶ Que res pignori, vel hypothece date obligari poſſunt.
Rubrica.

PUpillus. §. Si filiuſſa. No. ex hoc tex. quod in cōceſſione libere adminiſtrationis non venit donatio concordantie ſunt in gl. hic poſita quod no. ⁊ tene diligenter menti. ¶ Ex lec. anti. ¶ Res litigioſa ſicut non pōt alienari, ita non poteſt obligari. h.d.

SI alius. No. iſta m. l. ſi alius maxime in fin. in quātum dicit ꝙ ſi aliqs obligat rē pro filio fami. pecuniā mutuo accipiente cōtra ſenatuſconſultum macedonianum, ei ſuccurritur vt hic: quod nota. ¶ Ex lec. anti. ¶ Obligans ſe vel ſua ꝑ muliere fideiubēte ē tut⁹ eadē qua mulier excep. idē i macedoniano. h.d.

ARiſto. Not. ex hac. l. i xv. ſi denique iſtū. §. quia notabilis eſt ⁊ no. eius gl. in ver. ex ꝑſona ex qua habes qñ ſit verū ꝙ ſeruus ſuccedat in locū domini cū qua. gl. per omnia concordat qd̄ no. C. de his qui in prio. credi. lo. l. j. ⁊ ad id quod dicitur in fine iſtius. l. ibi ſepe enim ⁊c. vide qd̄ not. ꝑ Dy. in. c. pōt quis pro alio. extra de reg. iu. lib. vj. ¶ Ex lec. anti. ¶ Poſterior creditor priori ſoluendo ei⁹ hypotheca non ſuccedit: niſi ibi fuerint bōa obligata tūc vero ſuccedit ⁊ lȝ ex ꝓpria obligatione non poſſet vendere repugnāte pacto poterit ex aliena i qua ſurrogatur. h.d. Et alle. ꝙ illud qd̄ non poſſum ex mea ꝑſona ⁊ ex meo ꝓprio iure poſſum ex aliena ꝑſona ⁊ ex iure ceſſo ab hoīe vel a iure ⁊ pactū ꝯceptū ſuper meo iure nō extēditur ad ius mihi q̄ſitum ſi ex alia ꝑſona ſumpſerat originē. In tex. ibi dimitteret. i. ei ſatiſfieret de pecunia ſcd̄i creditoris. Et ibi ꝯuenerit īter debitorē ⁊ eū vel īter ꝑmum creditorē ⁊ ſcd̄m. pr̄ia expoſitio eſt verior quātum ad caſum lr̄e. No. ꝙ ille q nō habet hypothecā nō ſuccedit in hypotheca primi creditoris lȝ prio creditori ſit ſatiſfactū de ſua pecunia: ⁊ id cōtra eemptorē nō haberet hypothecariā. ¶ Scd̄o not. ꝙ ille q habet hypothecā ſuccedit i alia hypotheca ꝑoris creditorꝭ, ſi eſt pecunia illius ſcd̄i exolutū priori ſed dubiū eſt vtrū ſuccedat cū eodē pacto: ꝙ hȝ ex perſona ſua an cū pacto ꝙ erat collatum in perſona primi creditoris. Pone exemplū prim⁹ creditor habebat pactum de vēdēdo ſecūdus de non vēdēdo. nam videbať ꝙ qua rōne non habēs hypothecam non ſuccederet in hypotheca ſeu in cōfirmatione hypothece pari rōne nō habens pactū nō ſuccederet in pacto. Sȝ ꝯrīū eſt verū q2 iſtud pactum eſt acceſſorium hypothece, ⁊ ſuccedēs in ꝑncipali ſuccedit in acceſſorio: nec ob. pactū derogatoriū: q2 nō habet hoc immediate ex ſua perſona, ſȝ alio mediāte. h.d. Et facit i ar. ad hoc. j. de acq. her. l. qui i aliena. §. interduȝ, vbi dicitur ꝙ talis heres habeo qualis eſt is per quē heres efficior. ita hic eſt. Deinde not. hoc gl. magiſtram. quando ſecundus creditor ſuccedat in locū primi ⁊ vt ſis extra dubiū ſemper facias apponi pactum per hec verba, hoc acto quod ſuccedat in locū primi, ⁊ ſufficit ac ſi haberet ius ceſſum. quod no.

☞ Numeratio retro non trahitur.

TItius cum mutuā. Vēditio facta poſt conuētionem ⁊ ante numerationē facit quod res vendita ⁊ tradita non incidit in obligationem. h.d.l.no. Et ibi cauit ei ſpe future numerationis. ¶ Not. hic inſpici non tempus cōuentionis ſed tempus numerationis in preiudicium tertij. facit. j. ti. j. qui balneum. ⁊. l. potior. ¶ † No. ꝙ numeratio nō traheť retro ⁊ eſt ratio q2 tota virtus videť ſtare in ipſa numeratiōe: ⁊ quia eſt actus poteſtatiuus, ⁊ hȝ locū iſta lex in numeratione, que fit ex cauſa voluntaria: ſed illa que fit ex cauſa neceſſaria fingitur retro, vt ex cauſa dotis, vt. j. ti. j. l. j.

¶ Qui potiores in pignore hypothecaue habeātur: ⁊ de his, qui in priorem creditorum locum ſuccedunt. Rubrica.

QUi dotem. No. ex hoc notabili tex. notabilem diſtinctionez quia ſiquidem implementum contractus ſequiť ex neceſſitate debet inſpici dies celebrati contractus: ſi vero īplemētū cōtract⁹ ſequitur ex volūtate tūc, dȝ īſpici dies īplemētī ⁊ ñ eſt celebrati cōtractus. Et de primo membro proſequitur hec lex vſque ad xv. Alia cauſa. De ſecundo vero loquitur. j. eod. l. potior. in princ. ⁊. l. Titius. ſupra titu. j. ¶ Ex lec. ant. ¶ Numeratio neceſſaria retro trahitur, ⁊ hypothecam a principio conuentam facit preponderare hypothece in medio conſtitute. hoc dicit. Et vide in Spec. de oblig. ⁊ ſolut. §. j. verſi. ſed pone contrari. ¶ In text. ibi de reſtituenda loquitur ergo hic de hypotheca data ꝓ reſtitutione dotis que quidem promiſſio expectabat numerationem futuram: quia vbi non eſſet datio, ibi non caderet reſtitutio. ⁊ ibi numeraſſet quia accepit pro actu libero ⁊ voluntario. ¶ Not. quod in numeratione neceſſaria inſpicitur tempus cōtract⁹ in voluntaria tp̄s numeratiōis. ¶ Not. ꝙ miſſio reſtitutionis dotis q̄nque ꝑcedit numerationē: tñ expectat numerationē de futuro al's, nō caderet reſtō realis. ¶ Not. ar. ꝙ pro dote cōfeſſata ſunt obligata bona a principio cōfeſſionis ꝙ eſt verum in expreſſa hypotheca ſecus in tacita vt no. in. l. aſſiduis. C. eo. facit. l. hac edictali. §. ſi autez. de ſecun. nup. C. ſecūdū doc.

QUi generaliter. Not. caſum iſtius. l. no. etiam prin. l. creditor. quod eſt no. Et no. etiaȝ. §. cum ex cauſa. ibi niſi forte prior ⁊c. Iſte tex. videtur velle quod prior creditor poteſt offerre, vide per glo. C. eod. l. j. ⁊. j. eod. l. potior. §. fin.

¶ Ex lec. anti. ¶ Specialis obligatio ſubſequens non derogat gñali antecedēti. In bonis vero nō obligatis prio ſed obligatis ſcd̄o hȝ locū tractatus ꝑlationis: q2 ſecundus nō eſt ſecundus ſed ſolus. h.d. Prelatio em̄ cadit inter duo extrema ſȝ vbi eſt ſolus ibi non eſt niſi vnū extremū ⁊ hȝ pignus validum q2 ſol⁹ nō rōne prelationis ⁊ faciunt iſte leges ad impetratiōes gratiarum apoſtalicarū. In tex. ibi ſecunda cōuentione. i. ſecundo capitulo obligationis primi creditoris quod erat vt in ſubſidium demū quedā res ſpecificate eſſent ſibi obligate: ſed relique libere. Et iſte res ſpecificate poſtea fuerunt ſimpl'r obligate ſcd̄o creditori ceſſante ergo rōne ſubſidij ceſſat obligatio primi in rebus ſpecificatis: ⁊ ſecundus non eſt ſecundus, ſed ſolus.

CReditor acceptis. Interdū quis ſuccedit in locum ſui ipſius ⁊ obligatio nouans in locum obligationis nouate. h.d. ¶ Nouatio ergo facta cum repetitione pignorum ſortitur idem ius prelationis.

Cum ex cauſa. Pretendens ius ab eo qui habet ius a re ex tempore preferť ſecundo ius pretendenti ab eodem habente ius in re. h.d. §. no. ⁊ facit. ꝭ. de rei ven. ſi a titio. ratio dubitandi erat, quia tempore prime obligationis ius obligantis erat debilius. In tex. ibi de dit. ſ. titius predictus.

Poſt diuiſionē. Not. ex hoc. §. duo. Primo quod ius reale quod habeo in parte vnius rei ⁊ pro indiuiſo non reſidet in parte que illi obuenit ex diuiſione: ſed talis obligatio reſpicit totum fundū ⁊ pro indiuiſo. Idem videbitis. j. titu. q. l. fin. Secus eſt in obligatione perſonali vt. l. Iulianus. §. idem celſus. ꝭ. de action. emp. ¶ Secundo not. text. ibi pignus ⁊c. Not. qd̄ eo ipſo ꝙ do tibi poteſtatem vendendi rem meam videor ipſam obligare, ⁊ iſtum tex. allegat Iac. de Are. in. l. curatoris. j. de dam. infe. ſuper quadam gl. ⁊c.